

presidio che guardava Lugo el Bagna Cavallo, et levato il sigillo, lo rimise in una altra letera contratafa, che conteniva che subito esso presidio, postosto ogni altra cossa si reducesse a Bologna. Il che esequito, esso Duca intrò in quelli dui castelli con li soi soliti protesti, havendo delusi li inimici. Il prefato Duca, essendo ito a Comachio a preparar le saline, cadde et si ruppe una spala. Il signor Alvise di Gonzaga si è doluto col duca di Bari che non gli sii stà dato major numero di gente et più seguito, perchè haveria hauto comodità in far molti botini di vituaria et monition che andavano al campo loro.

78<sup>a</sup> *Exemplum litterarum Sanctissimi Domini nostri Papæ Hadriani ad Illustrissimum Dominum Venetum.*

JESUS.

Illustris amice noster carissime.

Gratificationes vestras de nostra ad Summum Pontificatum electione, grato quidem animo ac pia mente suscepimus. Eas enim ex intimis cordis vestri penetralibus provenisse plane cognovimus, simulque perspeximus, quia sæpe antea audiveramus Rempublicam Venetam Sanctæ Sedis Apostolicæ et Romani Pontifici obseruantissimam et studiosissimam semper fuisse. Quod certe ex immensa quadam in Deum et ejus Vicarios pietate evenire non ambigimus. Nos vero, imbecillitatis nostræ non ignari, quanto semper longius absuimus, ut Italia de nobis cogitaremus, tanta majori animi perturbatione ob inexpectatum nuncium affecti sumus, ut proquidem dubii essemus, quo nos summi Dei voluntas impelleret, præsertim his turbulentissimis temporibus, in quibus perfidorum cristianæ fidei hostium arma in exitium nostrum circumstant, nefas tamen esse arbitrati Omnipotentis Dei voluntati obviam ire, cum magno Majestatis Sue timore et tremore, hoc grave, et periculosum onus subivimus, existimantes Divinam Majestatem per nos forsam operari velle, ut christiani Principes, et populi, depositis tandem intestinis odiis et bellis adversus catholicae fidei hostes insurgant et quæ, magna Christianæ Reipublicæ jactura et calamitate amissa sunt, ea perfidorum sanguine et exitio redimantur. Cui quidem piæ et sanctæ rei die noctuque omnibus conatibus nostris studebimus, et cum vos ex litteris vestris pro bono christianæ reipublicæ hujus sancti propositi avidissimos cognoverimus, tanto ad id magis animati sumus, jamque vos et vestram Rem-

publicam omni studio et amore amplexamur, persuademos enim nobis Dilectionem Vestram et ejus Rempublicam magno adjumento nobis fore, ut ardentia inter christianos principes bella sopire, et extinguere, pacemque universalem componere possumus, et eos arma convertere, qui nisi mature provideatur, in exitium et perniciem christianorum 79 inceptas eorum machinationes convertent. Quare, ut citius faciliusque efficere cum Dei auxilio possimus, profactionem nostram ad Italiam et urbem acceleramus, cum Dilectione Vestra cæterisque christianis principibus de his rebus diligentissime agemus, nec quicquam omittemus quin opibus, consiliis et sanguine nostro (si opus fuerit) christianæ reipublicæ saluti et tranquillitatì consulamus. Cæterum, freti summa vestra in nos pietate, triremen vestram, quæ Antonio Donato ductore Angliam petens in portu Sancti Sebastiani detenta fuerat, pro persona nostra in hoc itinere parari jussimus; quam ubi primum in Italiam, Deo dante, applicuerimus, liberam ad vos remittere studebimus. Et quoniam huic desiderio nostro Antonius difficilem se præbebat, quod in manu sua id non esse asseverat, nec posse sine scitu jussuque vestro triremen nobis concedere, et temporis brevitas non pateret ut nuncium istuc mittere et responsum possemus. Nos eadem devotione vestra confisi, polliciti ei sumus non modo non iniquo animo vos id esse laturos, verum pro rato gratoque habituros; quod ut ita sit, Dilectionem Vestram vehementer in Domino regamus hortamurque, ut intuitu nostro grata super hac re voluntati eidem Antonio per litteras ostendatis, ut latiori nos animo cum suis nautis committetur. Nos enim utriusque officii immemores non erimus, et ubicumque occasio se obtulerit, meritas ei refferre gratias non dissimulabimus.

Datæ ex oppido Aro, XIII Marcii 1522.

HADRIANUS  
Episcopus Sanctæ Romanae Ecclesiæ

*A tergo*: Illustrissimo Principi domino Antonio Duci Venetiarum.

*A dì 5.* La matina vene in Colegio il conte Bernardino Frangipani, accompagnato da sier Zuan Antonio Dandolo suo amicissimo, et vene per tuor licentia. Si vol partir e tornar a li soi castelli a . . . . Si alegrò dil fiol dil Principe electo Procurator;

(1) La carta 79<sup>a</sup> è bianca.